

mine moriar: in tuo nomine resurgam: in tuo denique benedicto nomi-
ne coram iudicio tuo in die illo pantocritico comparebo! Quid
porro? Et Te compello Opt. Pater Jesu Christi, Tibique immortales in
hoc sermonis mei calce laqueos habeo gratias: quod Filium tuum dilectis-
simum ac unigenitum e Virgine illibata nasci volueris: ut me quoque mi-
serum a servitute peccati et Diaboli liberaret. O immensam pietatem!
o inestimabilem charitatem! Tu certe misisti Filium tuum in similitu-
dinem carnis peccati, ut de peccato peccatum danneret: ut et ego effice-
rer iustitia tua in ipso. Infinitum ego. bonum offenderam, infinita hinc re-
quirebatur satisfactio. Sed a me, a me inquam, nec infinita potest
rat satisfactio: nec divina iustitiae satisfieri poterat sine infinito pretio. Satis
itaque aeterni tui Filii homo, ut et very homo, q. antea peccaverat, legi divi-
nae satisfaceret; et, q. infinito erat, infinitum solveret pretium. O chari-
tas! o pietas! Quid ego interim? Ecce pro hoc mihi miser homini pro tanto
beneficio Te in oia secula celebrabo. In hac n. miseriarum valle plura ac
majora vitulis laborum meorum retribuere Tibi non possum. Te tamen,
quod superest, Opt. Deo, Pater misericordiae omnium, fons boni per et pro nati-
vitate Jesu Christi, Filii tui unigeniti, oro, rogo, obsecro, obtestor, ut cle-
mentissime nos de caelo respicias, atque presentem Ecclesiam, q. satis perturbata
est ac miserrima, hoc praecipuum exulcerato saeculo, intuearis statim! Ah
adversus ipse, dum undique vera q. premuntur, nunquam tui opprimuntur Ecce-
sia, auxiliatrices manus, et fortiter exiguum tuum gregem protege! Concede
pro his bellicosissimis temporibus, q. ubique fere conscribitur miles, ab elaf-
simum canitur, nobis auream pacem: largire clementem aëris temperiem:
proprimis a. proprimis nostris Halcyonia concede, ut iisdem sine turbis
vacare queamus. Custodi denique nos ab omni malo, atque pro bonitate tua gi-
nitum benedictionis nobis concede, ut ad perfectum illud perpetuumque
regni tui gaudium, quod una cum Filio et Spiritu S. possides, nos omnes
ac singulos, q. by anima nostra salus curae condignus est, feliciter aliquan-
do perveniamus.

Dixit
Johann Baptist Collner
Görl. Luf.